

1913
BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. Im. Ossolánskich


XVII

694



079





L A C R Y M Æ. 21

I N F V N E R E

A D M O D V M R E V E

R E N D I D O M I N I N I C O L A I

D O B R O C I E S K I . I . V . D O C T O R I S

I N A C A D E M I A C R A C O V I E N S I P R O

F E S S O R I S : C R A C O V I E N S I S , S E N D O


M I R I E N S I S C A N O N I C I . V I R I

D E E C C L E S I A D E I , D E R E P V B :

& A c a d e m i a , o p t i m è m e r i t i .



M . A D A M I O P A T O V I I .



C R A C O V I Æ ,


A n n o D o m i n i 1 6 0 8 .

11.519


L A O R Y M
I N F V N E R E
A D M O D V M R E V E
R I N D O M A I F I C A T A
D O C T O R I E S I D I V I D O R I A
I N A C A D E M I A C R A C O V I A
P R O F E S S O R I S C R A C O V I E N S I S
M I N I S T R I S C A
V I R I



M. Adam: Cracovii



C R A C O V I A
Annus Domini 1869 - III
XVII



LACRYMÆ.

QUI DOBRO CIESCI vultus nôratis amandos,
Quiq; ignorâstis longâ regione remoti,
Heu lacrymis implete genas, cælumq; querelis,
Occubuit subitæ consumptus acumine febris.

O fors, ô nimiùm nostri fors aspera versus,
Hæcne, meos tenues numeros, in fata reseruas?
Reddere non licuit viuo virtutis honores,
Soluere iam vocem, heu licet, in præconia mortis?
Sic, ô sic, tenuis rudium mea Musa modorum,
Cum gemitu, & lacrymis, memorem iam effare querelam.

Saua lues, inimica lues, vis flammea morbi,
Et lethalis hyems, viuum populata calorem,
Ferreâ tuq; quies, æternam in lumina noctem
Quæ claudis, nexos animos à corpore soluens;
Vitæ carnifices nostræ, vitæq; tyrannæ,
Cur ita præpropero, furiosoq; impete factò,
Aufæ estis gratam multis abrumpere vitam.

Heu lacrymis implete genas, cælumq; querelis,
Ordo Sacerdotum venerande, in monte Vauelli,
Quo mage non alter Lechi venerabilis orbe,

Pontificum

Tontificum positos prenas qui primus honores,
Tuné altum poteris premere, & simulare dolorem,
Cum maestum illacrymet templis ebur vndiq; vestris,
Desiit extinctum lumen, pietatis auitæ:
Desiit Ecelesiae vestrae nitidissima lampas,
Relligione micans, morum grauitate coruscans:
Desiit oraclum, dubijs in rebus apertum:
Desiit & vindex æqui, iurisq; receptor:
Desiit atq; Radiuili indefessus Achates,
Quo senium absterfit templis consorte parato.

Heu lacrymis implete genas, cælumq; querelis,
Ingenij genitrix, virtutis vera magistra,
Quam cerno, largo humectantem flumine vultum,
Queis te, queis maestam lacrymis affabor obortis,
An potius fileam, nolens augere dolorem,
Sed tamen, heu dicam, quamuis & lingua recusat:
Illud praesidium rerum columenq; tuarum,
Illud dulce decus, doctis vel maius Athenis,
Cuius in augustum migrarant dogmata pectus,
Cuiq; Themis, proprium recluserat aurea pectus,
Fouerat inq; sinus longos Astræa recessus,
Occidit: ac densæ illi oculos pressere tenebræ.

Heu lacrymis implete genas, cælumq; querelis.
O quoties iactata foro, legesq; fidemq;
Iustitia implorans, quæres ceruice reflexâ
Hunc sacrum Mythen; iuris fidumq; ministrum,

Judice

Iudice quo solo terras habitare volebas;
Sed frustra : atra dies letho hunc demersit acerbo.

Heu lachrymis implete genas, cælumq; querelis.
Quid vos , virgineis claustris, sacroq; penate,
Virginis os sacræ, mentemq; habitumq; gerentes,
Perpetuo & castum retinentes corpore florem,
Sponsæ cælestis thalami, castiq; Hymenæi;
Quo gemitu & planctu, quo scemineo vlulatu,
Atria vestra fremunt, redduntq; altaria voces,
Funera cum vestri Doctoris certa videtis:
Ordinis hic vestri leges, & iura soluta
Restituit, blandis verbis, monitisq; paternis,
Promouitq; suo studio, curâq; frequentis;
Non iam, sacra ferens, vestras succedet ad aras :
Non iam, narratas maculas sacro igne piabit :
Non iam, voce graui Christi mandata loquetur.

Heu lachrymis implete genas, cælumq; querelis.
Limina cara Deo, deuotaq; limina semper
Et senio, & morbo, paupertatiq; gementi,
En spes, en vestras rapuit truculentia fati,
Fautorem rapuit vestrum, largumq; parentem;
Qui vestra ingressu repetito tecta terebat,
Et modò, feruentes æstus in corpore febris,
Vlceris atq; modò angores per membra furentes,
Et modò, rugosæ fastidia longa senectæ,
Mulcebat dictis, rebus proprijsq; iuuabat,

Iam non mulcebit : præmitur nam nocte perenni.


Heu lacrymis implete genas, cælumq; querelis,
Ecquis erit Craci tam læuus ciuis in vrbe,
Qui non indoleat fato, mortemq; queratur,
Præstantis pietate viri, vestræque salutis
Illius æternæ, reliquis plus semper amantis :
Hic vestros animos, dictis, & voce tonanti
Fleðebat, spargens diuini mella fluenti.

Heu lacrymis implete genas, cœlumq; querelis.
O quos, sol oriens, condensq; sub æquore flammâs
Aspicit, infundens mensum per tempora lumen,
Flebilibus lugete modis, lugete profusis,
Instar aquæ lacrymis, ignota ad funera quamuis,
Et tantò lugete magis, quod copia nunquam
Facta viri vobis, nec amicum nosse licebat,
Huius enim cuncti, certo arsissetis amore.
Sanguis erat verus, Lechi de stirpe Quiritum,
Corporis in quo aderat grauitas, & amabile pondus,
Sed maior grauitas mentis, suffulta stupendâ
Cognitione sacrâ, nec non mirâ arte profanâ
Dexteritas aderat constans, in rebus agendis,
Quâ patriisq; focis, sacris seruiuit & aris.

Heu lacrymis implete genas, cælumq; querelis,
Insignes virtute viri, quibus ille superstes
Vsq; fruebatur citroq; vltroq; loquendo;
Dimidium vestri, partemq; animæ amisistis.

Heu


Heu lacrymis implete genas, cælumq; querelis.
Quote cunq; loco, numen cæleste locavit,
O fælix anima: ante alias, ibi pace fruaris;
sed tua quæ pietas fuerit, dum mente reuoluo,
Quam fidei constans studium, rectiq; colendi,
Ætheras, (voueo sic) sedes, læta subisti.
Queis si iam gaudes, nec nos gaudere moramur,
Ne lacrymis implete genas, cœlumq; querelis.




Heu lacrimis impite genas, cernit quod
Grote cund; loca, nunquam estote locum
O trax animas ante alius, ipseque haurit
sed tua que pietas fuerit, dum pietas
Quam hinc collans studium respice, tot
Aetheris (voco sic) loca, tua haurit
Ocis hinc gaudes, nec nos haurit moritur
Te lacrimis impite genas, cernit quod



Grus
no





14.5798

